suam Pietà pro carcere habeat, donec asperiora demuniantur. Hanc ego Epistolam eiusdem poetae, propter eum Doctorem formulario, tanquam Ethnicum Lucidiano, in eam sententiam, quae ab honesta Balthasare nobis exposita est, putavi velle Kennemère tibi commemorandam: tum quià te scio rerum quae Witebergae geruntur, studiosum esse: tum vero maximè ut meae viamenta scriptionis nimisque scholasticae tedium levarem. Vale. Salutem dic Russiis et eorum parentibus & Canthio et dilecto fratri Esichio. Siquid novum carmen edideris, impertiendum puta. Ego in hoc tristi otio quaedam Epigrammata scholaria cecidi. Dindagio libens ostenderet, si ubi paedagogus esse posset. 14. Cal. octobr. 1577. Bremae

Vestri successus studiosus.

Johannes Molanus.

293 [= Mscr. A. 7 = Nr. 304]

Pax Christi.

Graviter fero, dilecte Vaelemanne, tam diligenter ad te scriptas literas interceptas ab improbis, binas certe (nam ternas dedi) in alienas manus pervenisse. Erant in iis multa, quae te scire et nostros adolescentes: plurimum intererat mea, et nonnihil etiam tua. Tum autem ab illo perjuro Doctore Slomacher me magna injuria esse affectum qui praeter literas, quas ei ad te dederam, in tabellis geographicis quoque mihi turpiter illusit, et quinque Vallensibus nimis credulum emunxit. Sed hanc totam molestiam meis proximis explicatam, quas scio te hodie ab Hamburgensi nuncio accepturum, libens omitto. Tuam fidem et diligentiam in institutione puerorum nostrorum ut prius etiam mihi perspectam esse, jubeoque vicissim te nihil diffidere de mea erga te jucunditate. De peste quae res nostras fecundedit,

meliora (Cutferisesi) . . . . . . verum tamen
prorsus amotus est metus, propter ejus ingenium
desultorium, quo fit, ut nunc fugam simulet: nunc
receptis viribus majori strage nos adoriatur. Con-
veni ante dies paucos utrumque Consulem, simul
et Scholarcham, uterque auctor fuit, ne quid ten-
tarem tam cito. Sinerem praeterire has nundi-
nas, exspectaremque mandatum Senatus. At Dei
bonitate haec tota res pendet, quem saepe sup-
plex obtestor, ut minuat iram suam justam,
et nobis quosdam ex fugitivis pueris reducat.
Quanquam si quis rem ipsam reputet, plus hic
periculi est, et longe plus molestiarum, quam com-
modi aut consolationis. Quam facile ex illa quoti-
diano in scholam congressu meam domum aliqua
contagio invadet! quod si fit: aliis adolescentibus
receptis erit: Mei infantes haerebunt in poenis.
Tum autem id uxori meae molestissimum est: quod
cum me videat aetatem conterere iis pueris quam
optime informandis, quos ipsa perquam libera-
liter pascit: semper tamen desertior foedis
obtrectationibus, semperque aliis fraudor praemi-
bet moderato precio nutricationis, quo fit, ut sumt
annis et molestiis quam plurimum accedat: rei ta-
men familiaris amplificatio sperari non possit.
Quod equidem non iniquo animo fero: non enim
illo operam dedi unquam, ut ditescerem: sed tamen
mulieris animus sui debilitatur indignitate,
neque desinit obsecrare, ut aetatem meam respiciam,
et scholicis laboribus contentus: domi otium agam.
Atque id quidem nunc mihi vehementer optandum
esset, meque in suam illa sententiam impulisset:
nisi vos isthic subsisteretis mei familiares di-
lecti, quorum exspectationem tam constantem nul-
lo pacto ludificari possum. Quamobrem certo

nobis est constitutum, simulatque Ven. Senatus scho-
lam aperuerit. Vobis paucis aperire nostram domum,
vosque in veterem convictum recipere, non plures.
quam uni meae mensae commode adjungi possint, ut levi-
or fiat uxori administratio. Et ego linguas curam:
quae nequeunt praecidi. Durate igitur miseri ac et
suis quisque studiis incumbite. Nihil est efficacius
ad iram Dei placandam, ipse ubi temperavit, scribam
de rebus omnibus vos factum certiores. Institutum
Nicolai reliquos adolescentes alacriores reddit, ut i-
psi quoque aliquando, cum maturuerint eorum stu-
dia, et justa mora temporis roborata fuerint: in
scholas celebriores commendari possint. Non cuivis
homini contingit adire Corinthum. Quo consilio Dod.
Moll. filium mittat Witebergam, non intelligo, ubi scho-
las et Ecclesias vastat asper Chytraeus, ubi tot sunt Obtu-
corvi: sed qui Dominum non agnoscere quaerunt, ubi tot
sunt ingenia, quae vineam Dei demoliuntur, ubi denique
quae vera, certa, fixaque sunt confiteri pro sacrilegio
habetur. Sed nolim videri curiosus. Curtius noster
superioribus diebus e schola filio literas huc misit. Hic
hujus illic Theologiam profitebitur in scholis et con-
cionabitur in Ecclesia, bene itaque consultum est illi
Academiae e temporis. Heidelbergae Mylius noster
cum suo Collega exclusus est, quod formulariis accede-
re noluisset. Ita passim in Germania justo Dei
judicio, pellitur e medio sapientia, urgentur eos.
Quum gaudeo me videre terram. Vale, dic salutem
clariss. Cos. Dn. Jacobo Lakemanno, et pueris no-
stris omnibus, quos scio tibi curae esse. Bremae
7. Calend. Octob: 1577.

Johannes Molang.

294

Pax Christi.

Hoc sane unum acerbum valde pestilentia scholae
nostrae inflixit: quod te Nicolae Campensi uisque

[= Arch. a. 7: N. 305]